

M P V I

1 6 3 1



- I. Epithalamia mihi M. Iera conscripta.
- II. Elegia dua mihi et collegis meis in Senatu conscripta.
- III. Nuptiarum Joannis Grubii et Charitatis Kuehneriana conscripta carmina.
- IV. Nuptiarum Petri Matthaei Wenzelius et Sarae Osterodia.
- V. Nuptiarum Valerii Rucheri et Dorotae Mariae ab Enden.
- VI. Nuptiarum Joannis Hameli et Magdalena Huldermannana.
- VII. Gratulatio Joanni Fabrius Consuli et collegis.
- VIII. Nuptiarum Andreae Wettbergi.
- IX. Leibpredig L. M. Casparo Ulrichi angelorum.
- X. Nuptiarum Dr. Rudolphini Principis Anhaltine et Comitissae in Oldenburg.
- XI. Nuptiarum M. Caroli Jacobii.
- XII. Leibpredig L. Wolfgangi Fehlingi J. C. graltes.
- XIII. Nuptiarum Friderici Hameli.
- XIV. Nuptiarum Matthaei Wettbergi.
- XV. In Octimum Dorotae Hagneri Dn. Wendelini filie.
- XVI. Propemptica Dn. Martino Fusslio scripta.
- XVII. Nuptiarum Dn. Joannis Ernesti Bidermanni.
- XVIII. Leibpredig Dr. Erisd. Wagneri graltes.
- XIX. Propemptica Dn. Joanni Sturmo scripta.
- XX. In Honorem Magisterii Friderici Stefforii et Ernesti Wulfforii.
- XXI. Leibpredig L. M. Joanni Brendelio graltes.
- XXII. Nuptiarum Dn. Friderici Grubii.
- XXIII. Leibpredig J. Ernesto von Kotyan graltes.
- XXIV. Gratulatio ad Dn. Rudolphum Principem Anhaltinum de filio nato Johanne.
- XXV. Nuptiarum Joannis Matii.
- XXVI. Leibpredig Dr. Josphi Dreyfus Eisachet ex leibwirkerum graltes.
- XXVII. Id Dn. Augustum Homagii accepienti causa regis ut ingressus.
- XXVIII. Nuptiarum Ottomis von Zorn.

Ec. 7

18X  
ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΕΙΣ ΓΑΜΗΛΙΟΙ

Honori Nuptiarum viri doctissimi  
& humanissimi

DN. ANDREÆ  
GUOLTHERI SCHOLÆ

Servestanæ συνεργῆς

S O N S I

Celebratarum cum

Lectissimâ & Honissimâ Matronâ

DOROTHEA

VALENTINI UMMEN-  
DORPII, CIVIS QUONDAM

Servestani primarii, re-  
licta vidua

SPONSA

Nuncupatæ à Collegis & Amicis.

Prid. Calend. VIIbr.


A N N O

Chrls V s DomInVs.

---

S E R V E S T A E,

Typis Dörfferianis.





Ad Doctissimum & Humanissimum

VIRUM

Dn. ANDREAM GUOLTHERUM SPONSUM  
Collegam suum.

**M**irari dicis nonnullos, sponte quod ausis  
Cessuram capit ire malè, Sponse, tuo:  
Mirari dicis, Viduam quod querere le-  
(eti) (mes.)

Consortem spretā virgine Sponsus a-  
At factum bene! Quod cœpisti sidere fausto,  
Ominor, & fausto sidere cedet opus.

Juris nempe sui Vidua est, at nulla petentis  
In thalamos nutu Virgo suopte venit.

Sæpe, fidem quamvis dederit, tamen excidis ausis  
Heu miser, atq; datâ speq; fideq; cadis.

Est penes arbitrium res scilicet illa parentum,  
Queis clam quod tentas non bene cedit opus.

Obsequiosa suo non litigiosa marito  
In cunctas Vidua flexilis estq; vias.

Instar equi Virgo est, qui nondum assuetus habenis  
Sessorem hic illuc pertrahit, ire negat:

A 2

Asper

Asper frenapati & jussu parere, Magistri  
Nescius ex nutu flectere colla sui.

Jamq; assueta viro Vidua est gaudetq; mariti  
Ad nutus se flectere prona sui.

Virgo Viri impatiens, neq; jam dum assueta mariti  
Imperio, insuetum nescia ferre jugum.  
In caro semper Viduæ stat cura marito,

Virgo amat amplexus saepius alterius.

Virgo prole domum decorat, sic emula ver  
Virginis Ista domum prole subinde replet.

Partes Virgo suas non raro segniter implet,  
Vivit & in sterili Virgoq; Virq; toro.

Est semel atq; iterum Lucine experta labores  
Quæ venit in thalamos, optime Sponse, tuos.

Præterea impatiens est multi Virgo laboris,  
Usus namq; obstat saepius atq; Dies.

At Vidua in quosvis exercitaritè labores,  
Hinc lectum serà non nisi nocte petit.

Manè statim somnos abrumpit cura suaves  
Pertexens operas à prece manè suas.

Membris Virgo toro positis oblita laborum  
In multum stertit desidiosa diem.

Plura domi novi; sed quæ tibi solus in aurem  
Concredam soli tempore forte suo.

Qua

*Et fortasse suo tibi credenti tempore, pulchræ sibi*

*Qui ferre amplexus Virginis antè volint.*

*Quare agito ulterius noli dubitare, quod ausistet.*

*Cessuram capiti rem bene, Sponsæ tuæ.*

*Pulchrum cuique suum: Viduæ tuæ fœdere gaudet.*

*Conjugium pulchræ Virginis alter amet.*

*Interea Viduæ seu quis veli esse maritus,*

*Seu castæ tædas Virginis anteferat,*

*Sit pius, atq; sibi concessum munere cautelæ.*

*Fungatur, credat cetera deinde Deus.*

*In Gratiam College sub*

*Scribebat*

*M. Petras à Phenæ.*

*H*ERBA mala est mulier, rationis judice sensu:  
Eligis hanc herbam Sponsus, amice, malam:  
Fallor, sponsa tuos thalamos mansueta sed intrat,  
Scilicet ut pellat, si qua futura, mala.

Melle magis quid dulce dabis, quid a marius ipso

Felle? duo hæcce similtæda jugalis habet.

Illud quisque cupit, fugit hoc: sed utrūque necesse est

Accipiat, thalami fœdera quisquis inquit.

Hinc, si gustanda est tibi portio fellis acerbi,  
Felli junge preces, suavis hic haustus erit.  
Nam nulla est mulier, quam non quandoq; fatiget  
Ira, furor quæ aliâs dicitur esse brevis.  
Præcipiti & prono mutantur gaudia nutu,  
Sæpius in lacrymas tristitiam atq; metum..  
**G**UOL THERE, en tibi habe, cupido quam corde  
(petebas,

**G**UOL THERE, en tibi habe, te quoq; quæ pe-  
tiit. (sam,

Hanc, quia costa tua est, *Guolthere*, amplectere spō-  
Tu cole Sponsa virum, nam caput ille tuum est.  
Plura lubens canerem, tempus vetat: opto, beni-  
gnus

Ut Christus vobis adsit opemq; ferat..  
Tuta quies Sponso, castis sint otia Musis,  
Otia, Musarum parta labore, juvant.

Honoris ergò  
deproperabam  
M. Johannes Coppenius.

---

L U D U S

Numeri, ut vocant, Centenarii & unius,  
in honorem Sponsi, fratri sui.

apparatus  
à  
**F**RIDERICO **H**AMELIO LL. STUD.

*Discus*

**D**iscupis, Andrea, Musarum operumq; Minerua  
Insignis cultor, gregis exiguiq; Magister,  
Ut tibi deducto dulcissima carmine festa  
Congrater thalami pompâ celebranda frequenti.

Quam petis, officii res est, Guolthere polite,  
Ast heus, Albuneæne lacus tibi fundet odorem  
Naxi? an tu elicies duro de pumice guttas?  
Non puto: Sic doctos ego, qui versatus in hortis  
Non sum Pegasidum, cuius nec labra rigavit  
Lymphâ Phœbus Apollo sacrâ, qui scripsero versus?  
Et certè multis torpet mens obruta curis,  
Ingeniiq; mei languet nunc spiritus ille;  
Hinc habitare domi solus, timidusq; latere,  
Ut verum fatear, malim, ne pollice verso  
Tetri quod possint, habeant, jugulare Theones.  
Sed licet Andini mihi non sit vena, nec illa  
Lactea Nasonis: Sponsum tamen inter amicos  
Non mihi postremum, tenui, pro parte virili,  
Carmine cantabo, officium, quod debeo amicis  
Quos usus junxit, non permittamq; requiri,  
Non magnificiens fungos, vocesq; malorum.

Myrtea gestantem sertâ & delubra petentem  
Cerno, quem sequitur magnâ comitante catervâ  
Insignis facies & pulchro pectore Sponsa.

*Accur-*

Accurrit studio visendi accita juventus.  
Implenturq; via concursuq; omnia fervens,  
Omniaq; ære cavo resonant, plausuq; secundo.  
Mirar quid sibi fert a velint? quid florida Myrtus?  
Quid sonus ille tubæ? Populi quid gaudia tandem?  
Nempe parare abaci nuptiæ connubialia plausu.  
Andream dicunt Guoltherū festa parare. (honores  
Musæ agere, rumpere moras, summos meus Alter  
Agreditur, magnas hujus describito laudes. i. no.  
Musam ibi contrastua jussa capessere fas est sciens.  
Sed laudes fratris scripturam certus amicus.  
Leniter increpitans effundit talia dicta.  
Quid proprio ipsa tuas verbi cœlebrahis banaces? xii.  
Laudibus extuleris fratrem, laudasse te ipsum.  
Creditus è fratri portabis crimina laudea non debet.  
Propria namq; decus laudis laus nulla meretur.  
Fratri honor tuus est, si dixeris, est bene doctus tua.  
Horum si ve aliquid, seu plurare referre parari.  
Hic, illi quantum, tribui tibi velle videris.  
Tu modò faustatuo fratri Sponsaq; precator, i. 20.  
Officiiq; tui sic sic es munere functus. i. 21.  
Hec ait: Roerti dedit obvia signa favoris et  
Gratulor ergo tibi ex animo. Charissime frater,  
Quod sub eas casti, Christo ducet. Et a spice Christo,  
Quo

(Quo duce non male cedit opus, tu mater amorum  
Tuq; Cupido vale, nil hic tua telanec arcus)  
Juratōri, atq; tibi sociali fœdere jungis  
Dorotheam viduam castam, nulliq; secundam  
Nil curans alii quicquid de virgine dicant.  
Factum laudo tuum, resest ea carmine digna:  
Nam quid solus ages? quid tanto solus in orbe  
Efficies? Si sic jaceas sine compare solus  
Quis te curarum relevabit pondere? Nemo.

Herculeo resest, quis nescit? digna labore,  
Et gravitatis habet nimium, minimumq; quietis  
Præceptis rectè puerum informare tenellum  
Sanctis; n̄ veniant celerante levamina passu  
Dulcia, quis possit tantos perferre labores?  
Dulcius egregiā vasto quid in orbe maritā est?  
Hæc facit ut mediis sivebeant oblicia curis.  
Ergo post actos ubi cum sudore labores  
Immemor è ludo venies potusq; cibiq;  
Dorothea hæc hilari curarum nubila vultu  
Et facie absterget blandā tolletq; molesta.

Ingredere auspiciis lætis, atq; omine Sponsa  
Dextro, dum dextræ gaudes conjungere dextram  
Et vacui thalami pertæsa priora resarcis  
Conjugi rupti dum fœdera. Quam benè factum!

B

Hoc

Hoc quis reprendat? Vidae tot inertia spondae  
Pondera tranquilla quis posset mente tulisse?  
Questibus indulatum satis est, nescitq; reverti  
Qui raptus fato, hunc emensum tempora vita  
Secreti pars orbis habet, mundusq; priorum.

Dorotheam ecce, Dei donū, suavissime Sponse,  
Quam pietas decorat, quam forma genusq; celebrat.  
Conjuge dignus es hac, digna hoc tu, sponsa, marito,  
Hanc reverenter habe, casto hanc cōplete amore.  
Teq; virum præsta, sic nomen & omen habebis:  
Tempora da ludo castæ surrepta maritæ,  
Non feret hoc ægrè, facies nec inutile quicquam,  
Invigilare libris juvet invigilareq; sponsæ:  
Hinc proles, illinc & opes & gloria surget:  
Factibi discipulam secreta exquirere rerum  
Cum qua tu possis, nec sit tuus ipsa Magister  
Te decet imperium; caput est dominusq; maritus  
Uxorem vir amet, morem gerat uxor amanti.

Sed mea Musa modum poscit spectare supremum  
Ille igitur summus cœli terræq; Dynasta  
Qui socii sanxit sanctissima fœdera lecti,  
Quiq; piastædas Canæ decoravit abunde;  
Idem jam quæ agitis socialia sacra secundet:  
Sponsis pars sit amor, sanctusq; sit ardor, & una

Mens,

Mens, absint Furiæ, quæ nil nisi semina litiis  
Spargunt, & veniat blando Concordia vultu.  
Sic jucunduserit thalamus; sic mensibus oœto  
Elapsis opus artificem, sic nupta maritum  
Laudabit, fausto procedentq; omnia gressu.

ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ

**F**elices aget ille dies, qui Jussa JEHOVÆ  
Enthea aniat, mundi quisquiliasq; fugit,  
Qui vitæ melioris iter subit arduus, & qui  
Spectatâ officium sedulitate gerit:  
Hic velut arbor erit vernanti flore virescens,  
Lenè susurrantes consita propter aquas.  
Ergo qui fidos exoptat conjugis ignes,  
Fallaces Veneris despicit insidias,  
Ritè facit: siquidem sancivit fœdera lecti,  
Qui regit æterno numine cuncta, D E U S.  
Primigenæ PATRI is produxit pronubus HEVAM  
Et jussit multâ crescere prole duos:  
Sic SARAH, Rachaelē Satam genitore, TOBIÆ  
Angelus adjunxit missus ab arce D E I:  
Filius ipse D E I sibi vincula sancta probari  
Monstrat, dum liquidas in mera vertit aquas.  
Ergo tori castos quod polcis & ambis honores,  
Rem facis: en cœptum comprobat ipse Deus:

Inde, tibi ex imo cordis quoq; grator abyssō,  
Gratulor, ac tecum gaudeo, lætor, ovo:  
Gaudeo, lætor, ovo, sacra numina pronus adorans  
Conjugium felix sit TIBI sitq; Tuis.  
Jungite quapropter felici numine dextras,  
Vester ut æternūm duret & urat amor,  
**SPO N S E**, tuā multos Sponsā lætare per annos,  
Semper eant votis vela secunda tuis.  
Sit tibi solamen tua **SPO N S A**, ô dulce levamen!  
Grata siet requies & medicina mali,  
Tu pariter fruere ipsa tuo quoq; **SPO N S A** marito,  
Omnia pro votis eveniantq; tuis,  
Non odi vestros pestis confundat Amores,  
Nec turbet vestrum lingua malignatorum,  
*Vivat Sponsus, amor, decus, & solamen amicæ,*  
*Vivat Sponsa, sui mutua flamma viri.*  
*Vivant felices: vivant in amore beati*  
*Uxores, vigeat perpetuatus amor:*  
Hæc imo **SPO N S I S** quoq; corde precantur Amici  
Faxit, ne careant pondere vota, **D E U S**.

*Abramus Theopoldus  
Servestanus.*

F I N I S.

Nr 3027.

g

ULB Halle  
002 804 379

3




71-20

VS 77

Retrov

Mic





**Farbkarte #13**

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



18X

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΕΙΣ ΓΑΜΗΔΙΟΙ

Honorii Nuptiarum viri doctissimi  
& humanissimi

DN. ANDREÆ  
GUOLTHERI SCHOLÆ

Servestanæ συνεργά

S O N S I

Celebratarum cum

Lediſſimā & Honiſſimā Matronā

DOROTHEA

VALENTINI UMMEN-  
DORPII, CIVIS QUONDAM

Servestani primarii, re-  
licta vidua

SPONSA

Nuncupatæ à Collegis & Amicis.

Prid. Calend. VIIbr.

A N N O

Christi Vr. DomInVs.

S E R V E S T A E ,

Typis Dörfferianis.

19.

